Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

# De Scientia Falso Sic Nominata ex I. Tim. VI. v. 20. quoad ulteriora Dn. Charitini dubia

Rostochii: Typis Joh. Wepplingii, [1722]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406467**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. 21.Mart.1722
Weidener, Joh. Joach.

16

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406467/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003406467/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406467/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406467/phys_0004
DFG

31.
24

DE
# SCIENTIA
FALSO SIC NOMINATA
*ex I. Tim. VI. v. 20.*
quoad ulteriora
DN. CHARITINI
dubia.

SUB AUSPICIIS SUMMI NUMINIS
& conſenſu
SUMME REV, THEOLOGICÆ FACULTATIS,
PRÆSIDE
*VIRO Magnifico, Summe Reverendo*
*Ampliſſimo atque Excelentiſſimo*
## DN. JO. JOACHIM WEIDENERO,
SS Theol. D. & Prof. P. O. Celeberrimo, Facult. Theol. Seniore meritiſſimo, & hodie Decano maxime ſpectabili ac ad Ædem Div, Mar. Paſtore vigilantiſſimo.

*PATRONO ac Evergeta, Studiorumque ſuorum Promotore filiali obſervantia ad cineres usque deveneranda*
ANNO MDCCXXII. D. XXI. MART.
IN AUDITORIO MAXIMO
& horis conſvetis, publice diſputabit
## CHRIST. ALBERTUS IDELER
SWAN. Megapl. Philoſoph. & S S. Theol. Studioſus

Roſtochii, Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & *ACAD*. Typogr.

Universitäts-Bibliothek Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003406467/phys_0005
DFG

Bigæ Virûm Inclutæ

*Per-Illuſtri, Generoſiſſimo ac Excellentiſſimo Domino,*

# DOMINO
# JO. de KLEIN,

ICſultorum facile Principi, Tribunalis Provincialis Præſidi, & Magno ſtatus Miniſtro, Domino in Gremelien,

Nec non

*Illuſtri, Præ-Nobiliſſimo ac Conſultiſſimo Domino,*

# DOMINO
# DUVEN,

Sereniſſimi Principis Regnantis Conſiliario Regiminis,

*Patronis ſuis Maximis*

animum & obſequia præſtiturus
præſentem opellam
*ſacram cupit*

IDELERUS.

# PROSPECTUS

§. I. AD indicium *de Stigmatibus* Carpzoviana merita urget, & ad indicium Magiæ *per aquas Clerici* opinionem *de Uxore Lothi* ſubvertit.

§. II. *Per Ill.* DN. KLEINII, ſententiam, quod *Diaboli corpus aſſumere valeant*, adverſus DN. CHARITINUM & DN. LUDOVICI defendit, &

§. *III.* Adverſus *Dn. Charitinum* porro demonſtrat, quod *Auguſtinus Gen. VI. non intellexerit Angelos.*

§. *IV.* Ad indicium de *tempeſtatum excitationibus* probat, quod eædem *ope Diaboli* contingerere poſſint, & CONSTANTINUS M. his & hujus furfuris hominibus nil indulſerit, qui ipſe potius *verus Chriſtianus* fuerit.

§. *V.* Ad indicium *de Incubo* concurſum Diaboli docet, *ſpectrorum veritatem* adſtruit & PUFENDORFFIUM defendit.

§. *VI.* Ad indicium de *Dracone volante* cum Dn. Charatinus probare molitur, quod *apparitiones ad bonos ſpiritus referri poſſint*, exhibet Dn. Fabricii *Probationem Viſionum* &

§. *VII.* Illi oppoſitam *Conſiderationem Viſionum* Dn. Stolterfohten &

§. *VIII.* Ejus *Apologiam*, ut &

§. *IX.* Dn. Fabritii *invictam viſionum probationem*, ad eandemque

§. X. Emanantem Dn. Stalterfothen, *neceſſariam & maxime extortam veritatem & famæ vindicationem*, quam excepit Dn. Fabricii *Decens remotio immeritarum contumeliarum*, quæ & tandem per *Partem II. neceſſariæ ac extortæ veritatis & Famæ*, per Dn. Stolterfothen repulſa, ut nec *Plaſterus* nec *Micrelius*, in ullo puncto prævaluerint. cum juxta

§. *XI.* Illa *novarum viſionum & ſpiritus* fanatici aſſertio ceſſerit in contemptum Sacri Codicis, velut hoc ex *Arnoldo* prolixius probatur. hinc cum

§. *XII.* Ad easdem nænias collimaverit *Dn. Peterſſen*, in motibus *Aſſeburgicis*, Dn. Wincklerus Eundem juſte repreſſit, cujus documenta ad huc dant.

§. *XIII. XIV. XV. XVI.* Cum &

§. *XVII.* In *Aſſeburgicæ* ac *Peterſſenii* defenſionem inſperato conceſſerit *Dn. Spenerus.*

§. *XVIII.* Adverſus Eundem maſcule decertavit Autor *ulterioris reflexionis.*



Ad

§. I.

AD capita rerum priora, poſt hæc, quæ de obſeſſione, ſunt diſcuſſa, retrogredi r & difficilis non ſum in eo, quod magiæ indicium firmum non ſint *ſtigmata qualiacunque in diffamatis ob magiam reperta*, quanta namque ſecuritate in hanc opinionem dilapſi ſint BERLICHIUS, BODINUS, CRUSIUS, JACOBUS *Rex Angliæ*, OSTERMANNUS, PARLIAMENTUM AQUITANUM, & quot non alii adverſus quos DEL-RYO, PEYRESKIUS, GODELMANNUS, AUTOR *Cautionis Criminalis*, JORDANUS, OLDEKOPP, COCCEJUS, STRYCKIUS, ZACHIAS, SCHACKIUS & alii docuerunt, quam ſepe fallant eadem apud incautos. Vid. *Dn*. CHARITINUS §. 13. ſ. Interea dum §. 14. Celare non potuit ſimultatem, quæ ipſi cum CARPZOVIO interceſſit, declarans eandem hic verbis: Was Carpzovio hiervon noch leichtgläubiges anklebet / ſolches hat ſein in Criminalibus wolbeſchlagener Adverſarius Juſtus Oldekopp, in tr. contra Carpzov. Quæſt. 10. Dec. 3. geſaubert: tunc id demum peterem, ut reliqua hujus Quæſt. XLIIX. Carpzovianæ penitius penſitarent hoſtes ipſius, indeque diſcere vellent, quam bonam JCtultus iſte Conſcientioſus, fidem Bibliis & revelationi dederit? De probatione Magiæ *per aquas*, in quibus ſuſpectæ natent, innocentes vero mergantur, adverſus JACOBUM *Angliæ Regem* & alios ex BECMANNO & HOFFMANNO ſolide egit *Dn*. CHARITINUS §. 16. ſ. Conf. Dn. Theodori Reinckingi Reſponſum Juris in ardua & gravi quadam cauſa, concernente proceſſum quendam contra ſagam nulliter inſtitutum, n. 499. ſeq. & Dn. ZIEGLERUS, *de Juribus Majeſtatis, Libr. I. Cap. V § LXII ſ. p. 148. ſ.* Nec minus *eſſentialem tranſmutationem in bruta*, lupos, feles, glyres & ſic porro, ſolerter oppugnavit §. 18. Ut tamen ad

ſomnia gravia mediis medicis inducta, aut Medicorum morbum, quem *Lycanthropiam* nominant, refugere non debuiſſet, ſicut & tutius ad DEI potentiam ſe reciperet, quæ Lothi uxorem vere in ſtatuam ſalis transmutaverit, quam ut CLERICO fidem daret, qui *ſpeciali Diſſertatione*, quæ in Appendice *Comment. in Geneſin, Num. II. p. 327. ſ.* legitur, probare molitus eſt, quod uxor Lothi præ metu diriguerit, ut moreretur, aut ſulphureis vaporibus ſuffocata fuerit; adverſus quem poſt MASIUM, GRAMMIUM, SCHELGVIGIUM, BAUMANNUM, SAUBERTUM, TIEROFFIUM, CALVOERIUM, SONTAGIUM, MAJUM, WITSIUM & STARKIUM vid: WEIDNERUS, *in Diſſert. Philolog. qua miraculoſam ſubſtantiarum transmutationem quoad Biblica potiſſimum exempla diabolo impoſſibilem* aſſeruit: Interea quousque indubium eſt, quod ſerpentis corpus & ſchema viri, columbæ ac plurium animantium aſſumpſerit diabolus, ratio adeo prægnans non ſuppetit, quare in ſagis ac veneficis permiſſu Dei ſimile quid patrare nequiverit.

§ II. Quod Diabolus corpora aſſumpſerit ſupra & ſ[illegible]de jamdum evictum eſſe arbitramur, & HOFFMANNU[illegible]pſe partibus noſtris favet, quod diſſimulare non voluit *D*[illegible] CHARITINUS. §. 19. judicium ergo in hacce cauſa non Medicis, ſed Theologis relinquendum eſt, neque FICHARDUS, adverſus Pontificios inſurgens, aut quisquis alius, ſententiam noſtram è Sacris literis hauſtam ſuperabit; quam & argumentis exaſciatiſſimis firmavit *Vir Per Ill. Gen. & Excellentiſſimus, Dn.* JO. DE KLEIN, *JCtſultorum facile Princeps, Patronus Noſter propenſiſſime reveritus*, in Meditatione Academica, exhibente *Examen Juridicum Judicialis Lamiarum Confeſſionis, ſe ex nefando cum Sathana coitu prolem ſuſcepiſſe humanam*, quæ legitur in *Volumine Diſſert. Jurid. p. 1187. ſ.* Capite ſiquidem I. defendit illorum ſententiam,

 qui

qui ſathanam cum lamiis actum venereum vere exercere poſſe, ſuſtinent, Capite vero II. evincit, ex vero ſathanæ cum lamiis coitu veram prolem humanam naſci non poſſe. Non opus hic erat divergiis iſtis, ut *Dn.* CHARITINUS, §. 20. miraretur, hanc â *per Illuſtri* DN. KLEINIO, fuiſſe defenſam ſententiam, ſacris literis & experientiæ judiciali conformem; Tanta namque eſt Viri Hujus in ſacram Scripturam & veritates divinas veneratio, & tam ſcite, docte ac prudenter revelatis divinis aſſurgit, ut vel ejuraret ſalutem omnem temporalem, modo hic non impingeret; Longe minus videtur iſtud Charitinianum, & præſumptio ejusdem: Weil dieſes nur eine Diſpûte iſt/ und ſelbige von dem Reſpondenten kan gemacht ſeyn / da es denn ſehr gebräuchlich auf Univerſitäten / daß præſides ihren Reſpondenten ihre Meinung laſſen/ und ſelbige aufm Catheder defendiren, wenn ſie ſchon auſſer demſelben gantz was anders glauben; Candido ac ſincero Per Illuſtris hujus Viri genio accordat, de quo perhibitum habent omnes ac ſinguli, qui Eundem intimius norunt, quod veluti â Scepticiſmo pie ac maſcule abhorruit, ita omnibus ſuis laboribus indefeſſæ lucubrationis & exquiſitiſſimæ conſiderationis, ultimam ſemper addiderit manum ipſe. Petit vero principium, ut jam demonſtratum eſt ſupra, illatum iſtud Charitinianum, acſi Diabolus in aſſumpto corpore venerem laſcivarum lamiarum extimulare nequeat; petit principium *Per-Illuſtrem Dn.* KLEINIUM, ſententiam de vero ſemine humano virili, aliis furtim ſurrepto, vel in mortuo cadavere humano, alibique invento, ſuam feciſſe, quod vel ipſa ocularis inſpectio *Cap. II. n. 26. ſ.* declarat, nec hoc arbitratus eſt Vir Per-Illuſtris præcipuum ſuum argumentum, quod potius nititur in poteſtate ſathanæ aſſumendi corpus, cujus explicationem *Cap. I. n. 21 ſ.* ampliſ-

ſimam

ſimam ſuppeditavit; Hinc & tertio Per-Illuſtris Viri ſententiam, quod ſathanas ſit ſpiritus, ſenſus omnis ac affectionis corporæ expers, Vid. *Cap. I, n.* 8., in præjudicium veritatis, & in malam Dn. Charitini ſententiam detorqueri non poteſt, ut rationes tamen de amplificando diabolico regno & de conſpurcando honeſto matrimonio maneant ſartæ ac tectæ, neque ſint habendæ longius petitæ. Eadem reſpondeo *Illuſtri* DN. LUDOVICI, & rapit me ſolicita admiratio in elenchum, qua puta conſcientia, relictis & nauci habitis graviſſimis rationibus, quorum abundantiſſimam copiam & maxime arduam congeſtionem omnis pagina Diſſertationis *Kleiniana* docet, præcociter adeo ſcribi potuerit, in *notis ad Articulum* XLIV. *Conſtitutionis Criminalis Carolinæ* p. 67: *Nicolaus* PUTTER *a* 1698. *Roſtochii ſub præſidio Dn. Klein per modum Diſſertationis publicæ propoſuit examen juridicum judicialis lamiarum confeſſionis, ſe ex nefando cum ſatana coitu prolem ſuſcepiſſe humanam, & ibi recte quidem C. 2. negat, ex coitu cum Satana veram prolem humanam naſci poſſe, interim tamen Cap. I. defendit, quod Diabolus cum lamiis actum venereum vere exercere queat. Fundamentum adſertionis præcipuum eſt confeſſio cujusdam prætenſæ ſagæ, quæ nominat* den Geiſt Hanß und *David, cum quibus ſe concubuiſſe dicit: verum confeſſio ſagæ iſtius tam abſurda & ridicula eſt, ut ego ſalvis aliorum opinionibus ipſi nullam fidem adhibere poſſim, ſed fœminam illam deliraſſe credam. Utinam in conditionem hujus feminæ inquiſiviſſent judices! hoc enim facto fabula ſine dubio detecta fuiſſet.*

§. III. Cum interim ad §. 21. *Dn.* CHARITINI progredior, tunc proh! obfuſcatos hujus Viri oculos ac conceptus & quidem tanta caligine adinveni, ut neque linea ſuperſit, quæ ſine lima dimitti poſſit; faciam rem meam ſtricte ac modeſte, ſcribit ergo *Conſultiſſimus Vir*; Damit auch nicht bey dieſer Sache/ ſich iemand durch die

Autorität des Auguſtini blenden laſſe/ meritiret deſſen Meinung einige Beläuchtung / der gute alte Biſchoff vermeinet zwar / daß die Vermiſchung der Menſchen und Teuffel eine klare Sache ſey Libr. 15. de Civit. Dei. und will deſſen Müglichkeit aus dem 6. Capitel des erſten Buchs Moyſes erweiſen / weil da geleſen wird / daß die Kinder GOttes ſich nach den ſchönen Töchtern der Menſchen ümbgeſehen / aus deren congreſſ hernach gewaltige Rieſen auf Erden entſproſſen. Verum id accipiet ex *Cap. XXIII. Libr. X. De Civitate Dei* induſtrius Lector, quod ſanctus AUGUSTINUS in hanc ſententiam iverit juſto paſſu, quod ſint Angeli tam boni, quam mali, & quod iidem utrique corpora aſſumere poſſint, ſed quod Angeli ac veri ſpiritus non fuerint, qui Geneſ. VI 2. ceu filii Dei, viderunt filios hominis, quod pulchræ eſſent; ipſis Auguſtini verbis perorabo: *Angelos,* inquit, l. c. *autem fuiſſe etiam Dei homines nuncupatos, eadem Scriptura ſancta locupletiſſima teſtis eſt. Nam & de Ioanne ſcriptum eſt: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Et Malachias Propheta, propria quadam, id eſt ſibi proprie impertita gratia, dictus eſt Angelus. Verum hoc movet quosdam, quod ex illis, qui dicti ſunt Angeli Dei, & ex mulieribus, quas amaverunt, non quaſi homines generis noſtri, ſed gigantes legimus eſſe natos quaſi vero corpora hominum modum noſtrum longe excedentia, quod etiam ſupra commemoravi, non etiam noſtis temporibus nata ſint. Nonne ante paucos annos cum Romanæ urbis, quod à Gothis factum eſt, apropinquaret excidium, Romæ fuit fœmina cum ſuo patre & ſua matre, quæ corpore quodammodo giganteo longe præemineret? Ad quam viſendam mirabilis fiebat uſquequaque concurſus. Et hoc erat maxime admirationi, quod ambo parentes ejus nec ſaltem tam longi homines erant, quam longiſſimos videre conſuevimus. Potuerunt ergo gigantes naſci, & prius quam filii Dei,*

*qui*

*qui & Angeli Dei dicti ſunt, filiabus hominum, hoc eſt ſecundum hominem viventium miſcerentur: filii ſcilicet Seth, filiabus Cain. Nam & Canonica Scrtptura ſic loquitur, in quo libro hæc legimus: cujus verba iſta ſunt: Et factum eſt, poſtquam cœperunt homines multi fieri ſuper terram, & filiæ natæ ſunt illis, videntes Angeli Dei filias hominum, quia bonæ ſunt, ſumſerunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant. Et dixit Dominus Deus: Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum, propter quod caro ſunt. Erunt autem dies ipſorum centum viginti anni. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis. Et poſt illud cum intrarent filii Dei ad filias hominum, & generarent ſibi, illi erant gigantes, â ſeculo homines nominati. Hæc libri verba divini ſatis indicant, jam illis diebus fuiſſr gigantes ſuper terram, quando filii Dei acceperunt uxores filias hominum, cum eas amarent bonas id eſt, pulchras. Conſvetudo quippe ſcripturæ hujus eſt, etiam ſpecioſos corpore bonos vocare. Sed & poſtquam hoc factum eſt, nati ſunt gigantes. Sic enim ait. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis; Et poſt illud, cum intrarent filii Dei ad filias hominum. Ergo & ante in illis diebus, & poſt illud. Quod autem ait, Et generabant ſibi: ſatis oſtendit, quod prius, ante quam ſic caderent filii Dei, Deo generebant non ſibi, id eſt, non dominante libidine cœundi, ſed ſerviente officio perpagandi, non familiam faſtus ſui, ſed cives Civitatis Dei, quibus annunciarent, tanquam Angeli Dei, ut ponerent in Deo ſpem ſuam ſimiles illius, qui natus eſt de Seth, filius reſurrectionis, & ſperavit invocare nomen Domini Dei, in qua ſpe eſſent cum ſuis poſteris cohæredes æternorum bonorum, & ſub Deo Patre fratres filiorum. Non autem illos ita fuiſſe Angelos Dei, ut homines non eſſent, ſicut quidem putant, ſed homines procul dubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine ulla ambiguitate declarat. Cum enim præmiſſum eſſet, quod videntes Angeli Dei filias hominum, quia bonæ ſunt, ſumpſerunt ſibi uxores ex omnibus, quas elegerant, mox adjunctum eſt: Et dixit Dominus Deus;*

us;

*us: Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum, propter quod caro ſunt. Spiritu quippe Dei facti fuerant Angeli Dei, & filii Dei, ſed declinando ad inferiora, homines dicuntur nomine natura, non gratiæ: dicuntur & caro, deſertores Spiritus, & deſerendo deſerti. Et ſeptuaginta quidem interpretes, & Angelos Dei dixerunt iſtos & filios Dei: quod quidem non omnes Codices habent, nam quiadm niſi filios Dei non habent. Aquila autem quem Interpretem Iudæi ceteris anteponunt, non Angelos Dei, nec filios Dei, ſed filios Deorum interpretatus eſt. Utrumque autem verum eſt. Nam & filii Dei erant, ſub quo Patre ſuorum Patrum quoque fratres erant, & filii Deorum quoniam à Diis geniti erant, cum quibus etiam ipſi Dii erant, juxta illud Pſalmi: Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Merito enim credunt ſeptuaginta interpretes accepiſſe propheticum Spiritum, ut, ſi quid ejus autoritate mutarent, atque aliter, quam erat, quod interpretabantur, dicerent, neque hoc divinitus eſſe dictum dubitarent, quamvis hoc in Hebræo eſſe ambiguum perhibeant ambiguum, ut & Filii Dei, & Filii Deorum poſſet interpretari.*

Quomodo ergo pergere potuit *Dn. Charitinus?* Da den nebſt Auguſtino ein halb dutzend Patres ſowol in der Griechiſchen als Lateiniſchen Kirchen aus dieſen Kindern GOttes eine Partie guter Engel gemacht / ſo ihrer Meinung nach / ſich mit den ſchönen Mädchens vor der Sündfluht zuſammen gethan. Allein wer ſiehet nicht / daß die guten Kirchen-Lehrer / aus Unwiſſenheit der Grund-Sprachen einen errorem in calculo Naturæ ſpiritualis begangen / und die Heyrahten der Kinder und Nachkommen des frommen Seths mit den galanten Cananitiſchen Weibern vor congreſſus der Engel mit den Menſchen angeſehen. Falſum namque eſt, quod Auguſtinus id una & unquam crediderit; Quamvis & Patres quidam in hoc delirium ſententiæ lapſi ſint, quales fuerunt poſt PHILONEM, JOSEPUM, IRENÆUM, JU-

JUSTINUM, CLEMENTEM *Alexandrinum*, TERTULLIANUM & SULPITIUM SEVERUM, alii forte adhuc, ad latus quorum inſanire magis, quam ſtare voluit, novaturiens iſte AUTOR Tractatus, ſub primordium hujus Seculi, Amſtelodami duabus plagulis editus, ſub rubro: Die Curiöſe Erwegung der Worte *Geneſ. VI.* 2, dum ex PARACELSO & AUTORE *Libr. Entretiens ſur les ſciences ſecretes.* ſtatuminare auſus eſt, per filios Dei ibidem â Moſe intelligi *ſubſtantias intermedias* & incolas elementaris mundi. Conf. *Menſes Hannoverani*, *Ao. MDCCI. Martii p.* 56. *ſ.* illorum tamen nænias poſt exhibitos alios preſſius excuſſit, PFEIFFERUS, *in Dubiis Vexatis*, *Loc. XXI. p.* 68. Quando interim poſt ea arguit *Dn.* CHARITINUS, daß die guten Kirchen-Lehrer aus Unwiſſenheit der Grund-Sprachen einen errorem in calculo Naturæ ſpiritualis begangen/ und die Heyrahten der Kinder und Nachkommen des frommen Seths mit den galanten Cananitiſchen Weibern vor Congreſſus der Engel mit den Menſchen angeſehen. tunc mirari ſatis non potui, quomodo tam grandem in calculo hiſtoriæ ac genealogiarum commiſerit errorem Conſultiſſimus Vir, ut fingeret nuptias filiorum ac poſterorum Sethi mit den galanten Cananitiſchen Weibern; perplexus namque ſaltus eſt â CAINITIS ad Cananitas: interea, quæ dicta ſunt, Auguſtinum adverſus CARDANUM etiam defendunt, & qui de LUTHERI *Colloquiis Menſalibus* præpoſtere ac proterve judicat, is aut non legit, aut cognoſcere etiam detrectavit ea, quæ poſt SELNECCERUM, GERHARDUM, HUTTERUM, MULLERUM, GEIERUM & alios, eruditiſſime hanc in cauſam congeſſit *D. J. Gottlieb* MÖLLERUS, in *Diſſertatione, de Auctoritate Scripti, ſub titulo, D. Lutheri Colloquiorum Menſalium in Germanico, Anglico & Latino idiomate, editi.*

§. IV. De *tempeſtatum excitationibus Sect. II. Cap. II.* §. XVII. omnis demonſtratio facta, Nil ergo juvat *Dn.* CHARITINUM exceptio, §. XXII. data, quod diabolus non ſit *cauſa adæquata* motus in corporibus & ſic in aëre; modo ſit *malus uſurpator* motuum, quos in malum coordinat: Nec momenti cujusdam aut ponderis eſt, quod diabolus non prius Iſtiusmodi mala concieat, *antequam mandatum cum libera à veneficis acceperit*; utrumque enim & ipſius diaboli & veneficorum facinus offenditur, poteſtas vero ipſa pendet â permiſſione & indulgentia DEi. Quæ ad CONSTANTINUM M. adtinere quoad hanc cauſam videntur, iterum ſuſpicionem adferunt omnino alienati animi, in *Conſultiſſimo Dn.* CHARITINO; placent ſiquidem ſingulis partium ſtudio non abreptis verba Incomparabilis ZIEGLERI in *Tractatu de Juribus Magiſtatis, Libr. I. Cap. VI.* quæ finem §. *III.* faciunt: *Quodſi vero*, inquit *ibidem, verba utcunque mentem diſponentis explicent, etſi dubie, aut ſub quodam involucro, juvanda ſunt ea, commoda aliqua interpretatione vel judicis vel ipſius Principis*: Certe ſi his morem gerere voluiſſet *Dn. Charitinus*, non legerentur §. *exhibita* 22. verba illa: Das 4te Geſetz Cod. de Mathemat. & malef. ſo der gemeiniglich davor gehaltene erſte Chriſtliche Käyſer Conſtantinus gegeben / und darin die Zauberey / Wetter zu machen / zu der Menſchen Schaden nur verbohten wird / ſonſt aber zu ihrem Vortheil zugelaſſen iſt / ſiehet man billig als einen groſſen Reſt des noch dem Käyſer Conſtantino M. anklebenden Heydenthums an. Ipſa verba ſiquidem CONSTANTINI M., *Codicis Libr. IX. Tit. XIX.* dum ſequentis ſunt tenoris *Eorum eſt ſcientia punienda, & ſeveriſſimis merito legibus vindicanda, qui Magicis accincti artibus aut contra ſalutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegentur. Nullis vero criminationibus implicanda ſunt remedia*

*humanis quaſita corporibus, aut in agreſtibus locis innocenter adhibita ſuffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus non cujusquam ſalus aut æſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actus, ne divina munera & labores hominum ſternerentur. &c.* abs inclutoViro, *Dn.* JO. BRUNNEMANNO, in *Commentario ad XII. Libros, Codicis Juſtinianei & Legem Citatam*, ſat moderate & in omnem bonam partem hisque verbis ſunt explicata: *Non improbabiliter dicitur, Imperatorem Chriſtianisſimum hic non de incantamentis, ſed de Luſtrationibus agrorum, quæ cum publice decantatis Lytaniis fiebant. Novell. 123. Cap. 32. eſſe intelligendum.* Plura de Proceſſionibus ſolennibus conferantur poſt SVICERUM, apud CALVöERIUM in *Fiſſuris Zionis* & in *Ritualis Eccleſiaſtici parte poſteriori, Cap. XXIII. p. 628.* Et hæc mitior ſententia conveniret bono Imperatori, qui moderatiori judicio excipiendus foret, quam ut *Dn. Charitinus* ſcriberet: Es iſt ohnedem aus der Kirchen Hiſtorie heutiges Tages klar/ daß Conſtantinus M. mehr dem Nahmen nach ein Chriſt geweſen/ als in der That: Id quod tamen exquiſitisſimis Argumentis probare valuerunt innumeri, qui nuper adhuc in unum faſciculum ſunt collecti.

§. V. De *Incubo* ſeu Ephialte, Medicorum iſto ſatis demonſtrato morbo, non opus eſt, ut multa adjiciantur, nam & *Sylvius* LE BOE & WEDELIUS, DALÆUS, ALBINUS ac alii, experti ſunt ac docuerunt cauſas ejusdem pure naturales, quamvis & *Dn.* CHARITINUS §. 23. venditaverit, daß bey des Merklini zuſammengetragenen 60. Hiſtorien der Kranckheiten/ ſo vom Teufel hergerühret/ vieleicht eines und anders nicht unfüglich erinnert werden möchte; illa tamen ſingula lubenter indulgeremus Eidem, modo *Dn. Charitinus* agnoſceret, ſupereſſe morbos, in quibus commercium diaboli diſputari non poſſet, & inſimul exinde addiſcere vellet, huic horrendo ſpiritui non omnem

 con-

curſum cum corporibus, & operationem in iisdem, impoſſibilem eſſe. Valeat & quantum poteſt, *Illuſtris Dn.* STHALII Relatio de errore ſuo, quo ſpectrum ſe videre aut experiri opinatus, omnem cauſam ad ludibria ſenſuum, ac fluxum & refluxum ſangvinis referri cognovit. *Vid. Dn.* CHARITINUS §.24; Venerint & multis terriculamenta inania noctu; Habuerit denique & abundaverit etiam COINTIUS hac imaginationis illuſoria luxuria, ut mortuam ſe videre ratus, adhibita ſolertia fraudem agnoverit, exinde tamen varia & adhuc recentia exempla ſpectrorum *Tremonienſium*, *Saxonicorum*, quin & *Belgicorum*, non enervabuntur, ac id efficient, quod Dn. Charitinus ex illis demonſtratum arbitratur; De *Illuſtriſſimo* autem & *Libero Barone* DE PUFENDORFF aſſeverare audeo, quod ſincere cenſuerit temerarium, ſi quis *omnibus promiſcue ſpectris fidem detrahere moliretur*: ex Ipſius namque ore binos caſus accepi, quorum alter DN. BECMANNO Theologo inter Reformatos & undique celeberrimo, alter vero *Ipſi Illuſtriſſimo Viro* contigerit, quos & referrem, niſi cum Viris mihi res eſſet, qui ne ſanctam quidem revelationem, quoad hoc caput, reverentur, quæ propter & meis quod ſint diffiſuri recitationibus, ample prævideo; Quod interim certo & ſagaci judicio diſcreto modo, *Dn.* CHARITINUS, §. *hoc* 25. potuerit ſcribere: Es iſt der Herr von Pufendorff gewißlich in ſeinem Leben recht unglücklich geweſen/daß ſeine ſonſt bey Verſtändigen hochgeachtete Principia und ſolide Lehren/ ſo Er ſowol in Jure Naturæ, als auch dem ſchönen Buche de Habitu Religionis Chriſtianæ ad vitam civilem inculciret, von ſoviel Stümpern/ über deren Horizont deſſen Bücher doch weit reicheten/ attaquiret, und mit ſoviel ungereimten Conſequentiis oneriret worden: in eo non aberrat â vero, ſiquidem ad hoc usque tempus ſuper-

ſunt

ſunt vulgares homines, qui hunc profundæ eruditionis Virum aut non intelligere valent, aut non intelligere volunt: Interea alii etiam ſubactæ ſcientiæ Doctores viderunt, & habent, quod illuſtratione, imo correctione multa indiguerit, quos ut dum viveret adhuc, amice ac humaniter ferre didicerat *generoſiſſimus* BARO, velut in ſcriniis meis, ex commercio literario hujus cauſæ, non unum ſupereſt documentum, ita nunc etiam amice ferendos judicarem eosdem. Cœterum, ne quisquam de me aliter ſentiat, ac juris id eſt & æqui, noverint ſinguli, me ultra XXX. jam annos exa-ſciatiſſimis doctrinis Pufendorffianis adſuefactum eſſe, easdemque in ſuccum & ſanguinem verſas in ſinu & corde fovere, queis ut felicius proficerem, *Per-Ill. Dn.* DE GREIFFENCRANZ, in Heraldicis, Hiſtoria, & Arcanis ſtatuum ſine pari Excellentiſſimus, cujus ſanctam memoriam Bipontinus Ducatus, ubi Cancellariatus munere, meritorum omnium jubare defunctus, imo orbis ipſe ad poſteros omni jure propagabit, ſingulari ſua gratia effecit: interim ingenue fateor, tenues & meas acquiſiviſſe opellas ex Scriptis Pufendorffianis multa, de quibus diſceptandum adhuc eſſe, eruditiſſimi etiam agnoverunt, & ipſe lubens eadem exporrigerem, niſi per conſcientiam meam convictus eſſem, *Illuſtriſſimum* PUFENDORFFIUM, ſi ſpectaſſet præſentis Seculi ad Indifferentismum, Fanaticiſmum & Syncretismum irreconciliabilem lapſum ac effrænatam licentiam, pœnitentia ac dolore ductum, ad omnia alia inclinatum fore, hanc enim candidam Ejus Mentem intimius noviſſe mihi datum fuit, ut citius ejuraſſet, quicquid ulla via offendere pote fuiſſet, quam ut frigidum affudiſſet male ſanis Novaturientium quorumcunque opinionibus & vacillantibus vanis ac in fraudem multam adhibitis dicteriis.

§. VI. De *Dracone volante* & *ignibus fatuis*, quorum mentionem injecit *Dn.* CHARITINUS §. 26. Phyſici ſtatuerunt; De *De apparitionibus Angelorum* aut *diabolorum* §. 27. exhibitis, his recentioribus etiam temporibus inter Theologos multa ſubnata eſt contentio, nec tam confidenter *Dn.* CHARITINUS ſcribere debuiſſet: Es iſt allergings an dem / daß alle Erſcheinungen der Geiſter nicht gleich zu der Claſſe der Böſen gehören/ wie der Herr D. Spener in ſeinen wolgegründeten Bedencken über H. K und der Fräulein von Aſſeburg Offenbahrung genugſam erwieſen. Auch der Vor-Pommeriſche ehemalige General-Superintendens, D. Fabricius, in einen eigenen Tractat von Offenbahrungen/ durch alle Secula aus der Kirchen Hiſtorie ausgeführet. Verum namque hoc quidem eſt, quod Seculo ſuperiori A. 42. *Dn.* FABRICIUS ediderit *Probationem Viſionum*, in cujus *prima* quæſtione *p. 8. ſ.* probat, quod Prophetæ habuerint Viſiones, quod eædem indiſtincte, dum adhuc accidunt, non ſint rejiciendæ; modo ut *cauſa efficiens* Viſionum, Deus aut diabolus; *cauſa miniſterialis*, homines pii aut impii; *materia*, de Articulis fidei aut rebus aliis quibuscunque; *modus*, an ſint factæ citra deſiderium, an cum deſiderio eorum, qui illas venditarunt? *finis*, an in ſalutem aut perditionem hominum contendant? probe pie ac prudenter ſint examinanda & diſcernenda. In *ſecunda* quæſtione *p. 25. ſ.* exhibet indicia divinarum Viſionum; analogiam fidei, & eventum rei prædictæ, eandemque â diabolicis, quarum forma eſt aberratio abs analogia fidei & fraus circa eventum, diſcriminatur, ut de indiciis ſimul (1) miraculorum (2) qualitatis rerum prænunicatarum, (3) collationis cum Viſionibus Propheticis, (4) Virtutum, quales ſunt humilitas, preces, ἀυλάρκεια; patientia, ſinceritas, (5) motuum animi, revelationem aut præcedentium aut ſequentium, (8) ſaporis interni, (9) ignis

& (10)

& (10) integritatis mentalis in corpore debilitato, egerit, ac *p.* 67. *ſ.* indicium de notitia inſigni eorum, qui Viſiones habuerint, rejecerit. In *tertia* quæſtione *p.* 73. *ſ.* rationem Biblicarum Viſionum examinat, quoad earundem varios modos, conditiones, circumſtantias. In *quarta* quæſtione *p.* 107. *ſ.* modum manifeſtandi, quo θεόπνευστοι ſuas Viſiones publicaverint, docet, per orationes puta, ſimplices, parabolas, atque actiones & paſſiones typicas. In *quinta* quæſtione *p.* 116. *ſ.* evincere annititur, quod poſt mortem Apoſtolorum adhuc fuerint Viſiones, quarum poſſibilitatem probare molitur (1) ex divinæ bonitatis ac liberrimæ voluntatis perennitate (2) ex promiſſione Chriſti & (3) ex ſcopo Dominicæ Aſcenſionis, (4) abs aſſertione Scripturæ (5) atteſtatione Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ per omnia ſecula, (6) teſtimoniis Orthodoxorum Theologorum (7) â conditione N. T. (8) cumulo prodigiorum, (9) ratione motuum hodiernorum, (10) peccati evitatione, (11) negativæ opinionis abſurditate, & (12) vanitate argumentorum contrariorum.

§. VII. Sed non longe poſtea *M. Jac.* STOLTERFOHT, *Miniſter V. D. Lübecenſis* edidit *Conſiderationem Viſionum Apologeticam*, ubi in *præfatione* vere Theologica, occaſione dicti *Phil. II.* 16. Biblice demonſtrat, *p.* 8. *ſ.* *Quod* Verbum ſit cauſa vitæ naturalis, ſpiritualis & æternæ; *p.* 15. *ſ.* *Quod* Verbum hoc ſit revelatum & ſemel â Viris θεοπνεύστοις ſcriptum atque promulgatum; *p.* 27. *ſ.* *Quod* verbum hoc revelatum rejecerint Anabaptiſtæ, cœleſtes Prophetæ ac alii; *p.* 35. *ſ.* *Quod* verbum revelatum arietare moliatur diabolus per novas Viſiones; *p. m.* 37. *ſ.* denique indicat, quod ad Libelli ſui jam Anno 1634. publicati, defenſionem adactus ferme ſit. Sic ergo in *Tractatione* Ipſa *Cap. I. p.* 1. *ſ.* agit de vocabulo Viſionis *Cap. II. p.* 11. *ſ.* de varietate Viſionum, ex cauſa originali & efficiente; objecto & rebus propoſitis,

cauſa

cauſa formali, quoad modos viſionum & finem. Poſt hæc ſingula *Cap. III. p. 35. ſ.* demonſtrat, quod quæſtio de novellis Viſionibus ſit ardua & neceſſaria (1) multorum propter ſimplicitatem, (2) curioſitatem & (3) propter ipſam veritatem; Adjicit etiam *p. 42. ſ.* quod non ſit quæſtio de Viſionibus V. aut N. T., de ſignis aut oſtentis, de ſomniis aut de Viſionibus, qua Dei poteſtatem & facultatem, Atque ſic *Cap. IV.* probat, quod voluntas Dei aut ſit abſcondita aut revelata *p. 47. ſ.* cum & voluntatem revelatam oporteat nos reſpicere, de novis viſionibus declarat *p. 49. ſ.* quod (1) illarum nullam promiſſionem habeamus in Scriptura, ac (2) nullum mandatum efflagitandi easdem, (3) quod iſtiusmodi novellæ Viſiones nullum habeant uſum, neque ad gloriam Dei, neque ad ſalutem humanam, (4) quod ultimis his temporibus locutus ſit ad nos per filium Deus, ac *Cap. IV. p. 66. ſ.* in epitome novas Viſiones rejicit, quia non obligamur ad illas, incertasque eædem periculoſas & abſurdas res expromant, id quod *Capite VI. p. 69. ſ. Cap. VII. 7. 75. ſ. Cap. VIII. p. 101. ſ. Cap. IX. p. 139. ſ.* ſingulatim explicat. Tunc vero oppoſitiones *cum Cap. IX. p. 145. ſ.* perſequitur, ut dicta Biblica Num. XII. 6. Joel. II. 28. 1. Cor. XIV. 26. Phil. III. 15. 1. Jo. IV. 1. ſolide vindicet, ad exceptionem *de poteſtate Dei* ſcite diſtinguat, inter id, quod poſſit & quod velit Deus; ad dubitationem, *quod Angelicæ viſiones nullo dicto Biblico ſint denegata*, reſpondeat: In fidei Articulis ad mandatum & exemplum reſpici debere, ad venditationem, *quod ſint pii homines, quibus viſiones venerint*; regerat, quod & pii multoties etiam decepti ſint. Ad inſtantiam, *viſiones ſcil. novellas contendere ad pœnitentiam & bona facta*; quod ſingula illa fiant perpetuo mediante verbo ſemel promulgato. Ad opinionem, *ac ſi viſiones majus habeant pondus*, quod id cum contumelia Verbi revelati aſſeratur. Ad *indicium eventus*, quod diabolus

bus aliquando etiam incognita & occulta nobis, ſcire poſſit. Ad experientiam, *cum pios & inculpabiles Pſalmos cecinerint*; quod nec diabolo id ſit impoſſibile. Ad obſervationem, dum puta certum ſit, hos novellos Prophetas *Miniſtris Dei communicaſſe ſuas Viſiones, ut de ſuggeſtu ſacro ad populum communicarentur*; quod nec id diabolo officiat. Ad relationem, de novellis Angelorum apparitionibus, in quibus *ſuaviter & ſolatifluè multa dixerint*; quod ne ſic quidem omnis diaboli dolus exſpiret. Deinde cauſas præcipuas ſubnectit, quare Deus his temporibus indulgeat, ac permittat, ut Eccleſia Chriſti novis viſionibus exerceatur ac infeſtetur? Quia (1) vel inter has turbas nomen divinum & Verbum Ejus glorificetur, (2) homines ſic in bonum finem tententur & (3) Regnum & poteſtas diaboli, deſtruatur.

§. VIII. Huic poſtea Tractatui ſubjungit APOLOGIAM ſuam *p. 185. ſ.* in qua præliminariter denuo ſuam intentionem excuſpat & Theologorum benevola judicia ſubmittit, adjuncto ſincero ſuo propoſito; Deinde vero *Cap. I. p. 202. ſ.* primam Quæſtionem; *An Viſiones ſint neceſſariæ?* plenius examinat, atque in Negativam deſcendit, quia (1) Deus in verbo ſuo jam revelaverit, quæ ad fidem & vitam faciunt, quia (2) nullum mandatum in Bibliis reperiatur, de præſtolandis novis Viſionibus, neque (3) de acceptandis & venerandis iisdem; Quia (4) quæ neceſſaria ſunt ad fidem & opera Deus quam Clementiſſime ſemper, ubivis, omni loco & tempore largiatur; quia (5) quod ad ſalutem ſpiritualem ac æternam facit, debeat eſſe certum ac indubium, quia (6) quod neceſſarium ad ſalutem, generibus ſingulorum & ſingulis generum venire debeat. Ad *exceptiones* porro *p. 211. ſ.* prompte reſpondet, & ſic ad *primam*, *Deum nempe melius ſcire, quid expediat nobis, quam nosmet ipſos*; regerit, quod id fideliter inculcaverit, & revelaverit

omnia ac ſingula in verbo ſuo ; ad *ſecundam*: viſiones ve- nire *propter obduratos* ; quod tamen non venerint eædem primo orbi, & virtutem potius verbi imminuat eadem venditatio. In *II. Capite p.* 233. *ſ.* ſecundam quæſtionem : *An Viſiones novellæ, quæ Verbo divino non contrariantur, neceſſario ſint acceptandæ ?* examinat, easdemque etiam cum fiducia quadam rejicit, quia (1) de hiſcemodi etiam Viſionibus nullum in ſanctis Bibliis ſit mandatum, quia (2) aliæ etiam res in ſe bonæ & verbo divino non contrariæ, propterea tamen ſingulis non ſint neceſſariæ & accipiendæ ; Quia (3) per ſanctum Codicem cavere teneamur, quicquid promiſcue & apparenter ſatis bonam ſpeciem gerit ; (4) Sacra Scriptura omnibi ad ſalutem ſufficiat, (5) res & in ſe bonæ propter malas conſequentias reſtringantur, (6) actiones indifferentes, pertinaciter obtruſæ repudientur, (7) res futuras ſcrutari nos non deceat, (8) nemo ſine ſpeciali vocatione ſit admittendus, (9) & quod novellæ Viſiones, etiamſi verbo revelato non contrariantur, acceptandæ ſint, nullibi doceatur, ſiquidem dicta Eſ. V. 20. XXX. 10. Ez. XLIV. 23, 1. Cor. XII. 10. 1. Theſſ. V. 25. nihil ad rem faciant, neque illa Prov. XVII. 15. Ebr. V. 14. veritati præjudicent, imo dum forte tolerantur alicubi viſiones novellæ, exinde tamen ad illarum neceſſitatem nil inferatur. In *Cap. III. p.* 277. *ſ.* Quæſtionem III. *An hoc tempore infallibilia comparuerint indicia Viſionum, quibus infallibiliter demonſtratum, quænam earum à bono quæ vero à malo Spiritu venerint ?* diſcutit & poſtquam præmiſerat, quid & quale ſit infallibile indicium ? Negat (1) quod novæ Viſiones congruant analogiæ fidei, (2) eventu nunquam deſtituantur, (3) donis miraculoſis inſtruant ſuos cultores, & (4) illuminationem divinam doceant. De ſimilibus indiciis tum *Cap. IV. p.* 309 *ſ.* pergit, & divinas inficiatur eſſe novellas Viſiones, quia (5) in collatione cum

Propheticis Viſionibus fallant, & (6) probitas videntium ſit ſæpe fallax, & præterea viſiones ipſas divinas non efficiat, ubi ſpeciatim ſimul dicta Pſ. XXV. 14. Joh. XIV. 21. 2. Petr. I. 21. egregie vindicantur; quia (7) Motus animi revelationem præcedentes & ſequentes omne commercium cum diabolo non ejurent, (8) etiam ſapor iſte internus ex Bibliis non legitimetur, neque (9) apparitio cum igne facta neceſſatio & privative ſit DEI, (10) tandem quod mentis integritas in corpore debilitato non ſit univerſaliter obvia. *Capite V. p.* 352. *ſ.* porro tradit quartam quæſtionem: *An indubie ac infallibiliter ex Sacra Scriptura probari poſſit, quod his ultimis temporibus adhuc Viſiones & immediatas Revelationes Deus dare velit?* & demonſtrat (1) quod divinæ bonitatis, omnipotentiæ ac liberrimæ voluntatis perennitas, alligetur verbo revelato & mediis ſalutis ubique ſufficientiſſimis (2) quod veraciſſima Chriſti promiſſio ex Jo. XVI. 13. ad extraordinarias Viſiones noſtrorum temporum non ſit extendenda, & locus, 1. Cor. XII. 4. ſ. de operatione ſpiritus S. in mediis ſalutiferis ordinariis agat; (3) quod dona aſcendentis Redemptoris extraordinaria terminum ſuum habuerint deſtinatum, (4) quod dicta Hoſ. XII. 10. Amos. III. 6 7. Sap. VII. 27. Joel. II. 28. & Zach. XII. 10. ad intentionem Spiritus Sancti explicata, complementum ſuum jam acceperint. (5) Quod atteſtationes Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Autorem non offendant, qui Viſiones, revelationes & vaticinationes non promiſcue omnes ac ſingulas negaverit, ſed ſolum id diſquiſiverit, num certæ & infallibiles promiſſiones ex Verbo divino oſtendi ac proferri poſſint, quod Deus his temporibus & inter illos, qui Verbum ſuum purum & non falſatum habent, adhuc immediatas revelationes, viſiones & manifeſtationes dare, ac extraordinarios Prophetas mittere velit? Unde iſta quæſtio potiſſimum excutienda, an

puta Deus dare iſtiusmodi novellas Viſiones ac Prophetas velit? quicquid ergo Pontificiis miraculorum venditatoribus opponitur, illud hic quoque urgendum eſſe cenſet, præcipue, cum nondum ſit evictum, num omnia ac ſingula vaticinia Antiquitatis Deum habeant Autorem? Patres quandoque abundaverint incertis perſvaſionibus, & adverſus *Warneri* ac aliorum nova vaticinia concludi poſſit, quod ex non peccatis peccata faciant, de Scriptura male doceant, Miniſterium Dei vituperent, Scripturæ ac ſibimet ipſis contrarientur, & denique ſibi tribuant, quod ipſis non competat. Quod (6) teſtimonia Orthodoxorum Theologorum non habeant, quod novæ ſint ſperandæ aut tolerandæ Viſiones ad fidem noſtram formandam ac confirmandam, pluresque de cœtero ſint, qui adverſus novas iſtas Viſiones mascule certaverint. Quod (7) ex Eccleſiæ N. T. conditione nulla neceſſitas viſionum eliciatur, cum ejus prærogativa in donis miraculoſis ceſſare debuerit, antitypus umbrarum Leviticarum comparuerit, & quicquid ad fidem & vitam conducit, largiſſime donatum ſit. Quod (8) ex cumulo prodigiorum ſubinde occurrentium, quorum nos conſcios reddidit ſacer Novi Teſtamenti Codex, ſobrie & juxta literam ſit ſtatuendum, ubi vero de novellis Prophetis iisque bonis & divinis, in eo nihil legatur, nec eidem quid adjiciendum ſit. Quod (9) motuum hodiernorum ratio immediatas revelationes non exigant, cum ordinaria ſalutis media ſufficiant. Quod (10) impugnatione viſionum novellarum, quæ ad fidem & mores formandos aut confirmandos ultra & ſupra verbum revelatum, fallaciter obtruduntur, nullum peccatum committatur. quod (10) opinioni negativæ abſurditas nulla tribui poſſit, quousque illa ſolo divino nititur verbo, Quod (11) Argumentorum contrariorum non ſit evicta vanitas, dum ad divinæ veri-

tatis amuſſim & ad defendendam ejusdem Majeſtatem ac ſufficientiam unice contendant, ac in dictis Matth. XI. 13. Luc. XVI. 29. Ebr. I. 1. firmiſſime radicentur, perfectus etiam ſit Scripturæ Canon, ut veteribus nil addendum ac novis non fidendum, proindeque novellæ viſiones nec ſint utiles nec neceſſariæ, ſed omnino potius periculoſæ, quia diabolus ſe transformare poſſit in Angelum lucis.

§. IX. Hanc Apologiam Dn. Stolterfohten enervaturus *Dn.* FABRICIUS, edidit *Invictam Viſionum probationem*, ubi in dedicatione *ad Magiſtratum Hamburgenſem*, occaſione dicti Col. II. 3. non modo vehementi ſtylo adverſus eundem decernit, ſed in tota Tractatione durioribus verbis ac modis in id præcipue adnititur, *quod bona dentur viſiones*, & quidem in fide ac ad doctrinas fidei confirmandas: Hæc enim ſunt Ejus Verba: p. 256. Meldet M. W. daß man zu der Lehr/ die uns im Glauben und gottſeeligem Leben erbauen ſoll/ zu unſern Zeiten/ gantz keiner Geſichter und Offenbahrungen mehr von nöhten habe/ und darinn/ ſpricht er/ ſind alle reine Evangeliſche Theologen eins. Antwort: Es iſt zwar nicht nöhtig / daß zu der uhralten Chriſtlichen Lehre/ vom ſeeligmachenden Glauben und Gott wolgefälligem Leben/ etwas neues / welches S. Paulus ein ander Evangelium nennet Gal. I 8, dürffte durch die Geſichter zu dieſer Zeit hinzugethan werden: Gleichwol aber geſchicht keine Sünde daran/ wenn durch die guten Geſichter die obgedachte heylſame Lehre den Leuten wird erinnert/ nach etlichen Umbſtänden erkläret/ und auf fürfallende ſpeciales caſus appliciret. Denn es iſt ja der Sinn des götlichen Geſetzes reicher/ weder kein Meer/ und ſein Wort iſt tieffer/ denn kein Abgrund. Es iſt noch nie geweſt/ der es außgelernet hätte. Und wird nimmermehr werden/ der es außgründen möchte. Syr. 24. 38. 39. & non longe poſt ea ſcribit: die guten Geſichter/

welche mit GOttes Wort richtig übereinſtimmen/ helffen eben das Erkändtniß Chriſti in uns ſtärcken/ und befördern uns alſo zur Vollkommenheit in demſelbigen/ nicht weniger als eine jegliche, ſchrifftmäßige Vermahnung rechtgläubiger Chriſten uns dazu befördern mag. Deinde & porro decidit: Die Engliſchen Erſcheinungen muß man zwar in Glaubens Artickeln nicht annehmen/ ſo fern ſie uns wolten etwas neues darinn machen/ oder dieſelbigen fälſchlich auslegen. Wann ſie aber von den Glaubens Artickeln nach Inhalt der Heil. Schrifft reden und zeugen/ ohne jenige Verfälſchung/ ſo können ſie in ſolchem Fall/ mit eben ſo gutem Gewiſſen auff und angenommen werden/ als die Jungfrau Maria die Botſchafft des Engels Gabriels/ von der Allerheiligſten Menſchwerdung des Sohnes GOttes Luc. I. Die Bethlehemitiſche Hirten die Engliſche Weyhnachts Predigt von der Geburt Chriſti Luc. 2. Die Galilæiſchen Weiber das Engliſche Zeugniß von der Aufferſtehung Chriſti Marci 16. und die Jünger des HErrn die Engliſche Predigt/ von Chriſti Wiederkunfft zum jüngſten Gericht Act. I. und S. Johannes in ſeiner Offenbarung viele Engliſche Reden ohne Sünde haben angenommen. Sic etiam ulterius ratiocinatur: So nützlich als demnach die Gabe zuweiſſagen bey der angehenden Kirchen Neuen Teſtaments iſt geweſen: Eben ſo nützlich kan ſie auch heut zu tage wol ſeyn/ wann die Kirche von ihrem Unwege ſoll abgehalten und zu recht gebracht werden/ auf daß alſo der geiſtliche Leib Chriſti möge wieder erbauet werden/ Ephes. 4. 12. Denn welche da durch ungebührliche Mittel dem Pabſtthumb übergeben ſeyn/ die ſind ja dadurch vom geiſtlichen Leibe des HErrn Chriſti/ mit Liſt und mit Gewalt abgeriſſen: Auff daß ſie aber/ an ſolchem Leibe möchten wiederümb erbauet werden/ ſo hat eine Extra-Ordinar Erinnerung dazu nicht übel gedienet. Denn es iſt kein abſur-

abſurdum, daß die Extra-Ordinar Propheten/ wie man ſie nennet/ helffen mit ihren guten Schrifftmäſſigen Vermahnungen die Leute zum ſeeligmachenden Erkändtniß des HErrn Chriſti bringen/ und ſie darinn beſtätigen. Ejusdemque tenoris ac modi aſſumptiones atque aſſertiones ſparſim ac copioſe in eodem Tractatu leguntur.

§. X. Hinc ergo Dn. Stolterfohten ſubnata eſt neceſſitas, ut ederet ſeine nohtwendige/ höchſtabgedrungene Warheit und Ehren-Rettung/ in quo ſcripto, facta *dedicatione* ad Miniſterium Tripolitanum, cauſam omnem perorat, & poſtquam introitum ad defenſionem ſuam p. 1. ſ. fecerat atque de duris verbis, imputationibus & injuria ſibi attentata, *p. 24. ſ.* queſtus fuerat, denuo ſtatum controverſiæ ponit in quæſtione: Ob nemlich GOtt der HERR bey dieſen letzten Zeiten ſeiner Kirchen/ und unter denen/ die ſein Wort rein und lauter haben/ ſonderlich Prophetiſche Geſichter/ Offenbahrungen/ und Erſcheinuugen geben wolle/ wie im Alten Teſtament/ und in der erſten Apoſtoliſchen Kirchen geſchehen iſt? Deinde etiam ſuperatis multis, quæ ad *Titulum* Libri Fabriciani *Cap. I. p. 28. ſ.* nec minus ad *Præfationem* ejusdem *Cap. II. p. 56.* monenda eſſe ratus fuit, ea, quæ in genere Dn. D. Fabricius adverſus conſiderationem ſuam Apologeticam adjecerat *Cap. III, p. 51. ſ.* diſcuſſit, & ſic *Cap. IV. p. 59* occaſione *præfationis* & ex conceſſis Dn. Fabricii ratiocinatur denuo: *Si Verbum Vitæ, in Scripturis promulgatum, ſufficit ad conſequendam temporalem & æternum ſalutem, tunc Viſiones iſtorum temporum, Hudenii puta, Warneri & Reichhardi, pro immediatis & ad fidem confirmandam neceſſariis venditari non poſſunt.* Sicut & in toto hocce ſcripto illam ipſam conſequentiam multoties urget & in *epilogo* Theologorum ac Eccleſiæ judicio omnia ac ſingula ſubmittit *p. 202, num IV.* pie ac cordate ſcribens: Wobey ich mich

dann

dann hiemit / für GOTT und der gantzen Evangeliſchen Chriſtenheit / gegen dem Herrn D. Fabricio freywillig wil anerboten haben / dafern er nur / ſeinem eignen Vorgeben nach / zum Frieden und Einigkeit Luſt hat / die gantze Sache dem Urtheil unpartheyiſcher Evangeliſcher Univerſiteten / inſonderheit der Herren Theologorum zu Wittenberg / welche doch der Herr D. anfänglich mit ſeiner Dedication hierin pro Arbitris erkandt / zu unterwerffen / damit doch dem Streiten, welchem ich / das GOtt im Himmel weiß / von Heetzen abhold bin / aber doch wider meinem Willen dazu gezogen / möge abgeholffen werden. Ad hoc vero juſtum atque pium propoſitum conſenſus Dn. D. Fabricii collimare non voluit; edidit namque Anno 1647. Die Gebürmäßige Ablehnung der gantz unverdienten Schmach / welche M. Jacobus Stolterfoht / Prediger zu Lübeck / in ſeiner ſehr greulichen Schmähe Charte / unter dem ertichteten Titul: Warheit-und Ehren-Rettung / wieder die Invictam Viſionum Probationem, hat freventlich ausgeſpeit / auffgeſetzet und publicirt, eandemque S Rev. Theolog. Facult. Gryphicæ & toti Clero Pomeraniæ citerioris inſcripſit, ſub auſtera iterum dictione; Videtur equidem p. 15, acſi ſententiam ſuam plenius & bene ſatis explicuerit, per verba illa: Ich glaube und bekenne es vielmehr / daß GOtt der HERR noch eben ſo wol zu dieſen unſern Zeiten / gantz ungebundene freye Hände habe / als er vormahls gehabt / ſive ordinarie, ſive extraordinarie, entweder nach der gemeinen Ordnung / oder aber auſſer derſelbigen / jemanden dieſes oder jenes zu offenbahren / welches er will geoffenbahret haben / nicht etwa von neuen Glaubens-Artickeln / ſo da directe gehen auff die Beforderung der Seeligkeit / wovon wir in der Heil Schrifft gnugſamen Grund und vollkommenen Bericht haben: Sondern nur von andern zukünfftigen Dingen / derer

